Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



derit et baptizatus fuerit saluus erit: qui uero non crediderit condempnabitur. Signa autem eos qui crediderit hi sequentur. In nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Et dominus quidem ihs postquam locutus est eis: assumptus est in celum et sedet a dexteris dei. Illi autem profecti predicauerunt ubique: dno cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. OFF. Ascendit deus in iubilatione et dominus in uoce tube alla. SECRETA. Suscipe domine munera que pro filii tui glorioso ascensione deferimus. et concede propitius: ut a presentibus periculis liberemur et ad uitam perpetuam eternam. Per. COMMUNICANTES. Et diem COMPL. Per. Salutare dni qui ascendit super celos celorum ad orientem. POSTCOMMUNIO. Presta nobis quesumus omnipotens et misericors deus. ut que uisibilibus mysteriis sumenda percepimus: in uisibili consequamur effectu. Per dnm.

SPiritus domini replenit orbem terrarum. Iudice pene concen alla et hoc quod continet omnia sapientiam habet uocis alla alla alla. ps. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo scto tuo qd est in iersln. ORATIO. Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti. da nobis in eodem spiritu recta sapere. et de eius semper consolatione gaudere. In diebus illis. Dum complerentur. LECTIO actuum apl. Per. Et dies pentecostes: erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus uehementis: et replenit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanquam ignis: sedit que supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperunt loqui uariis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in iersln habitantes iudei uiri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac uoce conuenit multitudo: et mente confusa est quia audiebat unusquisque